



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. 48. De 3. consolatione & visione quam vidit super præfatis filiis suis  
spiritualibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

sic quod quasi nihil aliud video  
quàm Deum, nunc passionatum  
nunc glorificatum, ita quod istos  
viderur totaliter trãssubstãtiãsse  
& inabyssasse.

*Quadragesimum octauum capitulum.  
De tertia consolatione & visione  
quam vidit super prefatis filius suis  
spiritualibus.*

**I**N eadem processione appro-  
pinquntibus nobis ad quan-  
dam Ecclesiam beatę virginis,  
ecce ipsa regina misericordię &  
omnis gratiã mater super istos  
filios & filias se inclinans, qua  
priùs apparebat sursum leuata  
nouo modo & gratiosissimo be-  
nedicens, dulcissimas ingemina-  
bat super omnes benedictiones,  
& omnes osculabatur in pecto-  
re, quosdam plus, quosdam mi-  
nus, quosdam cum prædictis o-  
sculis amplexabatur brachiis tã-  
tã charitatis, quod eos sicut tota  
apparebat luminosa, ita & in  
quodam

*super filiis spiritualibus.* 193

quoddam infinitum lumen videbatur intra suum pectus absorbere, non tamen est mihi visum, quod viderem brachia carnea, sed quoddam admirandum lumen in quo absorbebat eos, intra suum pectus includens cum maximo super ipsos euiscerato amore.

*Quadragesimum nonum capitulum. De quarta consolatione & visione quã vidit super commemoratis filius suis spiritualibus vt illi mortui huic mundo & viui soli Deo predicarent alius mortificationem & vitam.*

**I**TEM alia die cum dicebatur Missa, inter alia multa quæ vidi, apparuit mihi beatus Franciscus totus gloriosus salutationem consuetam offerens, quæ est ista, pax saltissimi tecum sit, Salutatur autem semper voce piissima, humillima, gratiosa, & affectuosa. Tunc in quibus-